



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

50. In eodem Festo, unica. Laudemus viros gloriosos parentes nostros in
generatione sua. Eccl. 44.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

Ezech. 1. 4. operiri pulvere, ut verbis Prophetae Ezechielis utar. Qui iustum opprimet, quasi in limpidissimam petram sanguinem fundit. Nulla unquam operietur terra, sed omnium oculis patebit; quanto magis Dei? An vero oculus Deihoc inultum facit? An non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebis in illis? Dico autem vobis, quia cito faciet vindictam illorum. Petra ergo limpidissima erat Lambertus, super quam edificari debebat LEGIA SANCTA. S. R. ECCLESIA FILIA. Sic sanguis super petram effusus, non potuit operiri pulvere. Lapis erat & petra, in quam qui impinget, corrumpet; super quem autem ceciderit, confringetur. Si sanguis Zachariae exquiritur, quia fusus fuit inter templum & altare typicum; quanto magis hic sanguis profusus impietissimè in templo coram altari, in quo prius oblatum erat sacrificium illud sanctissimum, omnium sacrificiorum veterum impletivum.

Sanguis ergo iste clamabat, vel ad Deum vindictam, vel ad impios poenitentiam: sed quia noluerunt amplecti poenitentiam cum piis lamentis, inciderunt in vindictam cum terribilibus tormentis. Sic Deus pro Martyre pugnavit, & eius hostes expugnavit. Quid verò de Alpaide, quae crecenti flagitii radix fuerat & incentrix? ut ostendat Dominus, quod sicut sanguis suus ab impiis profusus, sic & Martyrum suorum sanguis, magis postulet veniam, quam vindictam, melius loquens quam Abel, Alpaidem petre non voluit, sed ad poenitentiam converti, & misericordiam impetrare, illo ipso Martyris sanguine; quem per impios fuderat, apud Deum pro ipsa intercedente. Videns ergo ultionem horrendam, in fratrem suum & scelestis complices coelitus descendente, aperuit oculos, & adulterinis renuncians amoribus, in locum poenitentiae secessit, ex sibi hereditatis bonis Monasterium excitans à fundamentis in Orpa magna, ibi se ab omni saeculi vanitate & illeceamentis legregans, lachrymis instar Magdalene poenitentis indulsit, & petui claustris austeritate solitudine se condemnavit. Accitis igitur è Nivella Virginibus, ad extremum usque vitam poenitentiae speculum & exemplum se exhibuit.

Pugnavit itaque contra eam Deus, sed feliciter expugnavit, adeo admittibili conversione eam sibi subiciens, & Martyri supplicem reddens. Quapropter hic possumus cum Psalmista inclamare: Venite & videte opera Dei, terribilis est in consiliis super filios hominum. Quod interpretans S. Gregorius hom. 4. in Evang sic subdit: Vidit Propheta, quod alius misericorditer vocatur, alius iusti in exigente repellitur, & quia alia parcendo, alia Dominus irascendo disponit, exparit; quod penetrare non potuit. Et quem non solum investigabilem in quibusdam suscipiens, sed etiam inflexibilem vidit, terribilem in consiliis esse memoravit. An non hoc ipsum hic certamus in Alpaide, & fratre eius Dodone, ac confortibus? Hi iustitiae exigente pleclurur dicitur: illa

misericordiam invenit, & fit ei Deus propitius. O Deus terribilis in consiliis super filios hominum! Venite, videte, admiramini opera eius, qui creat lucem & tenebras, & quando vult, de tenebris potes lucem educere.

EODEM FESTO.

LEGT. 49.

Laudemus viros gloriosos, parentes nostros in generatione sua. Eccl. 4. 4.

illi, qui in Patres & Patronos nobis à Deo dati sunt, si munere fungimur Filiorum & Clientum, non solum nos in protectionem suam suscipiunt, nos ad amant, laudandos nobis opitulantur, & quadam ratione nos continet, sed & imitantur, donec aeternae gloriae renascamur. Quatandos, propter possunt cum Apollolo dicere: Filii, quos Gal. 4. parturio donec formetur in vobis Christus. Ut enim Christus & eius gratia in nobis formetur, sua nos adjuvant doctrina & admonitione, quam tanquam semen sacrum reliquerunt animis nostris intercedendum, ut tandem sese exferat in fructum, adjuvant quoque exemplis virtutum nobis relictis, adjuvant denique continua apud Deum intercessione. Tria igitur eis debemus, quia Patres sunt.

Tria SS. Patronis debemus. 1. Affectum & honoris. 2. Mala.

Primo quidem, debemus eis affectum & honorem, recolendo scilicet eorum memoriam cum amore & devotione. Unde & illud possunt nobis dicere: Siego Pater vester, ubi est honor meus? Hic affectus se prodit, dum imagines & aras erigimus in eorum honorem, dum festa eis dicata devotè celebramus, dum lumina, in signum laetitiae de gloria ipsorum, accendimus, dum reliquias sacras, vel monumenta, ab eis relicta, & quicquid ad eos quacuonque ratione spectare potest, veneramus, dum genibus flexis eorum preces postulamus, vel vota eis nuncupamus.

Secundo, laudem eis debemus & benedictionem:

Memoria iusti cum laudibus, nomen impiorum prorejet, inquit Sapiens. Laudemus viros gloriosos, parentes nostros, ait idem. Si memoria Josia pro Regis, quic se Patrem plebis suae amantem exhibuerat, tanta cum odoris suavitate, tantaque cum benedictione & laude celebrabatur, ut dicat Ecclesiasticus: Memoria Josia in compositionem odoris facta opus pi- gmentarii in omnino quasi mel indolcabitur, & quasi musca in convivio vini. Id ipsum majore ratione convenit fieri, dum memoria agitur eorum qui Patres nostri sunt in generatione sancta. Nimirum memoria eorum debet instar mellis labris cordis suavitè ruminari, ut cor dulcedine affectum eructet verbum bonum & suavitèr, in laudem & benedictionem eorum. Nam & ratio, quae pro Josia affectus, illis etiam convenit: Ipse est directus divinitus in poenitentiam gentis, & tulit ab emendatione impietatis, & gubernavit ad Dominum cor ipsius, & in diebus peccatorum cor reverterit veritatem. An non hoc ipsum S. Lamberto convenit, & aliis Ecclesiasticum Patronis? An non sicut de Josia referuntur

2. Laudem & benedictionem. Prov. 10.

Eccl. 49.

ibid.

Hebraei mortuum esse juxta arborem, & juxta fontem, ita & ipse mortuus est juxta arborem crucis, & juxta fontem aquae vivae? Sit ergo memoria ejus cum benedictione. Hoc scilicet praestatur per Hymnos, Psalmos, & Cantica in ejus laudem decantata.

1.
Cum amore imitationem.
Terzio, debemus simul cum amore & honore imitationem. Ideo namque Sanctorum laudes decantamus, ut ad imitationem eorum accedamus. Non enim terrenis nostris egent laudibus, quos Pater aeternus in suis assumpsit honoris consortium. Gaudent interim, si sic eorum delectemur praecentis, ut simul excitemur exemplis, instamurque vestigiis. Si filii Sanctorum sumus, ad eandem quam modo fruamur, aeternam vitam & hereditatem praetendimus; sed per eandem viam, perque eadem vestigia: alioqui nos ipsos seducimus & decipimus, quia non est aliud iter ad gloriam, quam illud quod nobis praemonstrantur praecentes.

Olim sapiens Seneca morti propinquans, & carceri mancipatus, cum prohiberetur teltari, nihilominus amicorum non immemor eos ad se vocavit, & dixit, se hac vita haud excessurum, nisi eis preciosum aliquid legatum consignando. Cum autem

Cor. Tac.
interrogaretur; quod illud foret? *Imago est vitae meae, o amici, inquit ipse, hanc vobis consigno in testamentum, & pignus amicitiae, ut eam crebro intueamini ac imitemini.* Hoc si potuit dicere sapiens Ethnicus, fide nequaquam illustratus: quanto verius id viri sancti dixerint, testimonium eis perhibens conscientia in Spiritu Sancto? Verè nobis, tanquam filiis & amicis, non terrenas opes testamento legarunt, quandoquidem eas aspernari docuerunt: sed imaginem vitae suae pro omnibus divitiis apud nos voluerunt asseruari, nostrisque oculis frequenter observari, ut ad imitationem nos erudiat. Hoc etiam admonet S. Basilus Episcopus ad S. Gregorium Nazianzen. sic scribens; *Sicut pictores imaginem ex imagine pingentes saepe ad exemplar respiciunt, lineamenta ad suum opus transferre satagunt; sic oportet eum qui se perfectum efficere vult, ad Sanctorum vitam oculos intendere, atque illorum bona per imitationem sua facere.* Ita S. Basilus. Ideo nimirum eorum imagines, vel pictas, vel sculptas gerimus, ut virtutum in ipsis promittentium non solum memores, sed etiam imitatores simus.

Rom. 9.
Soluti sunt antiquitus illustrium Parentum filii Patris imaginem, in modum cordis formatam in Numismate, cordi appendere, ad recordationem, ad amorem, ad imitationem virtutis paternae. Unde Scipioni ignobili (qui sic dictus est, quia à patris virtutibus degeneravit) iussu Senatus Romani, Numisma, in quo insculptam publice gerebat Patris effigiem sublatum fuit, judicante Senatu ipsum in dignum illius Numismate & imagine, cujus virtutem non æmulabatur.

Val. Max. l. 3. cap. 5.
E contra Boleslaus, quartus Poloniae Rex, Patris sui imaginem aurea gestans in lamina collo suspensam, cum aliquis grande aggressurus foret,

eam deosculari solitus erat, & dicere: *Abste, o Pater, ut remitto unquam nomine & virtute indignam geram.* Sic stimulum calcare sibi subijciebat, ad heroica Patris gesta non solum recordanda, aut laudanda, sed etiam imitanda.

Constat verum esse illud S. Francis apophthegma: *Quam virtutibus magnis & nobilibus exciterunt; alii nihil faciendo, sed tantum res gestas eorum narrando, clari voluit fieri?* Attendant hæc Christiani, qui Sanctorum sunt filii: non nomina eorum, sed & virtutes conaviter sectentur, nisi velint illud audire cum confusione: *Si filii estis Abrahae, opera facite Abrahae.* Et rursus: *Attendite ad petram, unde excisus, ad Abraham Patrem vestrum.* Quod si peccatis maculosi sint & denigrati, tunc rectè eis improprietur: *Numquid filii Aethiopum vos omnes? Imò & illud: Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.* Si semen Abrahae & Sanctorum estis, illorum fidem, obedientiam, mansuetudinem, ac virtutum aliarum exempla exhibere necesse est; alioqui ipsi Judices vestri erunt & Vindices, quos Patronos vocatis & Patres: *Est Moyses, qui accusat vos, in quo speratis.*

Sic dicimus: Attendite ad Lambertum Patrem vestrum vos qui eum invocatis ut Patrem & Patronum. Et qui ei dicitis: *Pro nobis B. Pater Lamberte, videte, ne respondeat post: Nec ego Pater, nec vos Filii.* Si enim peccatis inhaeritis, & vitam criminolam ducitis, *Gemina viperarum vos esse noveritis.* Quapropter nec tunc ad vos dirigitur illud: *Laudemus viros gloriosos, parentes vestros in generatione sua.* Generatio enim eorum: generatio est filiorum imitentium Deum, quarentium Dominum, quarentium faciem Dei Jacob. Ab illo accipiunt ipsi misericordiam & benedictionem pro filiis suis, intercessione & meritis suis. Sed neque eos digne laudare potestis praecentio vocis, si non & eos collaudetis imitatione virtutis. Quomodo enim laudate possumus dignè S. Lambertum innocentiam & justitiam, si nocui sumus & injusti? Quomodo pietatem, si indevoti? Quomodo castitatem, si impuri? Quomodo charitatem, si invidi? Quomodo zelum & fervorem, si frigidi? Si hæc rectè velimus laudare, conemur imitari: non enim vera est illa laus, nec in sublime ascendit, quam lingua & vox exprimit, sed manus & opus deprimit. Atque de his illud dici meritiò potest: *Vox quidem, vox Jacob est; sed manus, manus sunt Esau.* Manus utique peccatoris impia operantis, ut Esau, non concordat cum pia voce Deum & Sanctos laudantis, ut Jacob. Non est speciosa laus in ore peccatoris in peccatis perseverantis. Quapropter ei improprietur à Domino: *Quare tu narras justitias meas & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & projecisti sermones meos retrorsum.* Si hoc improprietur a Deo, etiam à SS. Patronis id ipsum improprietur his, qui eorum tanquam Parentum volunt laudes decantare, sed impuro corde, impia conscientia. Sic qui cum injustis adulteris portionem

etiam ponunt, quomodo S. Patroni Lambertii laudes predicabunt, cuius sanguis adhuc clamat contra injustos & impuros? Hos quos semel voce oris, vocem crucis condemnavit, adhuc quotidie censetur, condemnat, & contra eos clamare, nisi respiciant.

Concludamus igitur, & repetamus illud Tobie ad patientiam & in omni virtute perseverantiam scilicet exemplo Sanctorum excitantis: *Nos filii Sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam datus est Deus his, qui non mutant fidem ab eo.* Vitam illam jam affectu sunt SS. Patres nostri, per doctrinam & fidem Catholicam Romanam quam in remota conservaverunt, & inter idololatrias ac errores propagarunt, cruoreque suo, ubi opus fuit, obfignarunt. Non ergo eam mutemus, non vacillemus vel minimum in ea. *Non firmus sicut parvulus fluctuantes, nec circumferamur omni vento doctrinae, in nequitia hominum, ad circumventionem errorum.* Licet aliqui haeretici finitimi circumfent Provinciam nostram, & Civitatem Leodiensem, errores circumferendo, ut incautos circumveniant & seducant; non attendamus his, sed nobis sint anathema. Non sumus similes illis qui se in aliquo spacio domus in gyrum commoverunt, quibus nihil firmum, sed omnia vertibilia & inquietata videntur, ob vertiginem capitis. His enim similes sunt, qui se novis doctrinis circumferri solent; nam percipimus nullum dogma eis firmum apparet, sed omnia rotabilia, quia laborant spiritu vertiginis & erroris. Hinc nimirum tot haereses & errores. *Hinc quoque tot fidibus luditur una fides.*

Nos autem inconcussam conservemus fidem, quam S. Lambertus tot laboribus plantavit his in Provincia; tot sudoribus aspersit, tandemque non solum proprio ore, sed & cruore rigavit. Cui incrementum dedit Deus & stabilimentum, jam à mille & amplius annis. A tot enim saeculis sterit *Legio Sancta, Ecclesia Romana filia*, semper in fide incorrupta. Meminit enim illius moniti Apostolici: *Memento Praepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei quorum insuente exitum conversationis, imitamini fidem.* Talis Praepositus nobis fuit S. Hubertus, talis S. Lambertus, talis S. Remaclus, talis S. Theodardus, talis S. Amandus, talis S. Servarius, talis S. Materus, qui omnes in Leodiensi, sive Tungrensi Ditione locuti sunt verbum Dei, verbumque fidei, in quo stamus; & non solum vitae sanctitate, sed etiam miraculis innumeris illud confirmant. Quid ergo vacillemus ob novitia dogmata, quae nos circumstant, & citumvententur, erumpentia à paludibus Batavicis?

Quid dicis haereticus, quid dicis hostis antiquae veritatis, fator novi erroris? Cur Missam sacrificium non offeramus? cur Missam non audiamus? cur Sanctorum sacras non honoremus reliquias? cur eos non invocemus? Sacerdos Romani fidei fuit Lambertus & Hubertus. Missam uterque celebravit. Lambertus exuvias sacras fluterius veneratus.

est, in eius honorem templum extruxit. Cur ab eis traditam fidem mutemus? Cur doceamus vis post mille annos, quod Legia Sancta haecenus repudiavit? Apage, apage. Nos filii Sanctorum sumus, nec fidem mutamus ab ipsis traditam, quia nec aliam vitam, quam eam, qua nunc fruuntur, expectamus, *quam datus est Deus his, qui fidem non mutant ab eo.* Dicimus cum Naboth: *Propitius sit nobis Dominus, ne demus hereditatem Patrum nostrorum tibi.* Abiit à nobis, ut vineam pulchram & fructiferam Patrum, permittamus converti in hortum olerum, verè doctrinae palmites, in herbarum semina, quae cito decidunt, & arefcunt. Talis est doctrina haeretica, decidua & evanida, acin lutum tantum deficiens, ut olera.

O Sancte Patrone, hanc coelitus impetra gratiam solo Leodico, quod tuo rigasti sanguine, ut erroris novitii infelix germen in eo non pullulet, sed citò suffocetur, & extirpetur radicitus. Tuo fiat patrocinio, ut non mutemus fidem, quam nobis tradidisti; sed eam fide imitemur virtutem, quam ad extremum usque spiritum in exemplum nobis exhibuisti. Denique, tuis fiat meritis, ut servata usque in fidem fidelitate, qua nos Deo obstrinximus in baptismo, vitam illam assequamur, quam possides, quam dat Deus his, qui non mutant fidem ab eo.

APPENDIX.
NOTABILIS HISTORIAE

DE PLECTRÛDE, ET EJUS NEPTE
S. NOITBURGE.

Cum animum ad Alpaidem pelliceam adiecisset Pipinus, Plectrudis, legitima ejus conjux, recesserat Coloniam ex consilio S. Lambertii: ibique cum nepte sua Noitburge piè & sanctè vivens, condidit insigne Monasterium Virginum. Hanc verò Noitburgem, (quam sanctissimè Plectrudis matera instituit & educabat) ejus filii Drogo Dux Campaniae, & Grimoaldus Regia Francorum aula Praefectus, volebant euidam Nobili despondere; sed morte preventi sunt. Nam Drogo febre abreptus fuit, Grimoaldus autem à Rongario quodam apud aram S. LAMBERTI orans interfectus. Interim conjugine Virginitatis idem exequi constituerant: Ac illa Sponfos omnes fastidiebat praè amore Sponsum immortalis, regnumque mundi, ac ejus ornatum propter illum despiciebat. Quapropter se totam ad preces conferens, obtulit eum rogavit, ut prius ipsam à vita tolleret, quam alteri consensum dare Sponso cogere. Audivit ejus preces, qui non desit in se sperantes, & incontaminatam animam ex vita hujus angustiis ad se vocavit. Postò ipsum etiam exanime corpus cohaesitavit insigni miraculo, duobus luminibus, uno ad os, altero ad pedes divinitus audentibus: forte significans, quàm illa fuisse intellecta illuminata & affectu repur-

gato. Solet enim in sacris Literis per caput intellectus accipi, per pedes affectus. Ad hoc divinum spectaculum populus undique accurrit, & matertera cum suis advolat, læta quidem de Dei beneficio singulari, sed & dolens de tam repentino Virginis à se decessu, in qua solatium totum ponebat, orba marito, & filiis duobus. Sed probabat eam Dominus, ut solet electos suos. Accidit & paulo post res admiratione dignissima. Postquam enim honorificentissime esset deportata à Colonensibus ad templum, & inter sacri funeris exequias alterius defuncti cadaver in idem templum inferretur, & juxta ejus sepulchrum deponeretur; ut Virginis membra elacerentur, ad vitam defunctus rediit, palam affirmans se S. Noiburgis meritis & precibus à mortuis revocatum. Quæ res omnes excitavit laudandum præpotentem Deum, qui sic in Sanctis suis mirabilis est. Hæc sanctas Virginis institutioni Plectrudis adscribenda, sed & in S. LAMBERTUM est referenda, cujus consilio se Plectrudis regebat, & Noiburgis ejus neptis.

IN FESTO S. MATTHÆI.

LECT. 50.
tripartita.*Vidit hominem sedentem in telonio Matthæum nomine, &c. Matth. 9.*PARS I.
*Quomodo
Christus
Matthæum
vidit &
vocavit.
Marc. 3.*

Non casu existimandum est Dominum præteritum, dum intuitus est transendo Mattheum sedentem in telonio, de quo rexus Evangelicus: *Et cum præteriret, vidit Levi Alphaei sedentem ad telonium. Quærebat enim speciali intentione & sollicitudine oves errantes Pastorem, ut reduceret: quærebat circumiens Medicus ægros, ut sanaret: quærebat sol beneficis sedentes in tenebris, ut illuminaret: quærebat Fons sitientes, ut refrigeraret & reficeret: quærebat victos & oneratos Redemptor, ut dissolveret & sublevarer. Ovis erat errabunda Matthæus, necdum agnoscentes Pastorem: Ager erat periculosus, nec Medicum requirebat: In tenebris delitecebat, nec ad lucem respicebat: Sitiebat supra modum, sed ad cisterneas quæ continere non valent aquas, os apponebat: Vinculus erat, & oneratus, sed vincula & onus ignorabat. Venit ergo ad eum Pastor, & pertransiens vocem edij, quam mox ovis agnoscebat tanquam vocem Pastoris, & cum sequitur. Venit Medicus, & in solis transitu potens est electo ægri tudinis jacentem evocare. Transit sol, & dissipat suo intuitu omnem caliginem hominis delitescens in umbra mortis. Fons ille qui olim clamabat: *Qui sitis veniat ad me*, pertransiendo ad se allicit hunc sitientem, ut ultra non sitiat, sed bibat aquam salientem in vitam æternam. Præterit Redemptor, & è compedibus educit vinculum, oneratumque pondere mergente in infernum exonerat, ut tollat in celum. O quam potens est qui in transitu solo hæc omnia potest præstare, imò solo intuitu, aut verbo! O felix transitus! o felix vox, vel*

intuitus! De illo igitur dicitur: *Præteriens vidit hominem in telonio sedentem.*

Vidit porò Matthæum Dominus, ut ipse videret Dominum; Vidit Jesus hominem, ut homo videret Jesus. Vidit pertransendo, & ulterius progressus est videndo, ut & Matthæus non remaneret ibi, sed pertransiret cum ipso ad novam vitam progrediendo. Non ergo solis corporalibus vidit eum oculis, sed maxime intuet eum dignatus est oculis divinitatis. De his dicitur: *Oculi Domini lucidiores super Solem, circumspicientem omnes vias hominum; & profundum abyssi; & hominum corda in absconditis partibus.* Mox tenebræ omnes diffugiunt, ubi Sol ille dignatur hominem benigno vultu respicere; dissipat omne malum intuitu suo, dissipat omne frigidum calore suo, hominemque inflammat amore lucido. Quid enim est intuitus ille Domini, nisi dulcissima cordis penetratio, quæ per interiorum inspirationem & lucem, per inflammationem & amorem? Hanc efficaciter facit ille, quia Deus est cordis, & quocunque voluerit inclinat illud. Quem sic respicit Deus, potiori multò ratione potest dicere quam Agar: *Tu Deus, qui vidisti me.* Dum enim dignatur hominem benigno hoc intuitu, deducit enim ad puteum Videns & Vivens. Ad hunc puteum deduxit Matthæum, ut hauriret & effunderet aquam vivam, non solum bibens pro se, sed etiam copiose propinans eam totius orbis hominibus. Haurit enim aquam gratiæ & evangelicæ doctrinæ, quam tanquam fluvius refuldit copiosissime, & in finem usque sæculi omnibus propinabit, invitans omnes sitientes ad aquas proficuentes de Puteo & Fonte vitæ.

Apprimè profectò convenit illud: *Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundantius paupertate; & oculus Dei respexit illum in bono; & erexit eum ab humilitate; & exaltavit caput ejus & mirati sunt in illo multi; & honoraverunt Deum.* Ecce honoratus hodieo festo Deum, & ejus potentiam, sapientiam, bonitatem, ac misericordiam decantamus, quia Matthæum divitem quidem secundum sæculum, sed in veritate egenum, virtute deficientem, auxilii & gratiæ omnis indigum, oculus ejus benignus respexit, & de stercore vili opum humanarum, de quo humili officio Publicani evenit ad Apollolatum. Evexit de sede pestilentis, ad sedem sublimem Evangelicæ doctrinæ, ex qua doceret non jam opes conquiret terrenas per lucrum injustum & mammonam iniquitatis, sed cælestes adipisci divitias per meritam veritatis. Hoc decuit non solum tamquam Apostolus, relinquens omnia, ut inveniret omnia, sed etiam tamquam Evangelista, notas nobis faciens vias illius qui de se dicit: *Ego sum via, veritas; & Joan. 6. vita; imò & tamquam Martyr, hoc est testis Domini, effundens sanguinem suum pro veritate & castitate.* Hæc certe ex se non poterat homo marcidus & egenus, deficiens, & pondere cupiditatis opprellus, nisi oculus Domini respexisset illum in bono.